et ego in illo. Propter quod li-
benter et frequenter communi-
care studuit, cum timore ta-
men reuerencia tanto sacra-
mento se indignam reputans.
Quia Elyzabeth secundum
quod superius dictum est voca-
ta est, videamus qualiter
ipso septenario gracie spiri-
tualis ab ipsa ora sit infan-
cia.

[Capud tertium.]

Guda virgo religiosa, que cum
esset circiter quinque annos
adjuncta fuit beate Elyzabeth
in quarto etatis sue anno. Re-
quisita post mortem illius
de vita et conversacione ejus
jurata dixit, quod ipsa bea-
ta Elyzabeth ab infancia
sua religioni studeret, nec non
et omnes actiones suas in de-
um dirigens, tam in rebus lu-
dicris quam eciam seriosis.
Cum enim esset quinquennis
et litteras omnino ignora-
ret, prouoluit se frequenter
ante altare, expandens coram
se psalterium tamquam orans
et ex bone indolis presagio, fre-
quenter genuflexiones in secreto
faciebat, multis modis cap-
tans oportunitatem caute
et sine verecundia intrandi